

Cic. rep. 1,12

Haec pluribus a me verbis dicta sunt ob eam causam, quod his libris erat instituta et suscepta/coepta mihi de re publica disputatio;

quae ne frustra haberetur, dubitationem/cunctationem ad rem publicam adeundi (in re publica versandi/ ad r.p. accedendi) in primis debui tollere.

Ac tamen si qui sunt, qui philosophorum auctoritate moveantur (flectantur), dent operam (laborent) parumper atque audiant eos, quorum summa est auctoritas apud doctissimos homines et gloria;

quos ego existimo, etiamsi qui ipsi rem publicam non gesserint, tamen, quoniam de re publica multa quaesi(v)erint/experti sint/investigaverint et scripserint, functos esse aliquo rei publicae munere / bene meritos esse quodam modo de r.p..

Eos vero septem, quos Graeci sapientis nominaverunt, omnis paene video in media re publica esse versatos.

Neque enim est ulla res, in qua propius ad deorum numen virtus accedat humana, quam civitatis aut condere novas aut conservare iam conditas.